manuscript

Seite 113v

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8249
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ab abraha sumere uidentur occasionem.
Qui dno uolenti subuertere sodomam
quesiuit. Dne dne si. l. iusti fuerint
ibi. nunquid destrues eos. Et respond.
Non. Dicit enim beda. et gregorius in glosa
sup locum istum. Quinquagenarius numerus
perfectus est. et significat iubileum annum. i.
octauam etatem. in qua erit remissio &
plena libertas. Ut quod aie mortuorum ple
nariam libertatem et suorum peccatorum remis
sionem adipiscantur. l. diebus pro illis aliquibus
dam celebratur officium. Quadragenari
um uero idem faciunt. ut et illi qui de cesse
rint et transgressi sunt in. x. preceptis legis et in
doctrina. iiii. euglorum eis condonetur.

Nunc de ipsa celebratione uideamus.
primo quae sint tacenda. secundo quae sint di
cenda. Quoniam officium mortuorum imitatur
triduanam christi sepulturam. et illius omnino
uestigia secuntur. sicut in illis tribus diebus
ita et in hoc officio omnia cantica leticie
subticemus. Inde est quod Dne labia
mea aperies ad matutinum uel uigilias mor
tuorum. et Deus in adiutorium. m. in principiis
horarum non dicimus. nec Venite ex
nec [illegible] pater. ad respons. nec in fine
psalmorum similiter. nec ad lectiones
benedictionem petimus. uel damus. nec Tu
autem dne. nec Deo gratias. dicimus. nec
etiam ad missam. Posset tamen et alia ratione
esse quare in officio mortuorum hec tacen
tur. Cum enim mortuorum exequias celebramus
ad plangendum uenimus et lacrimandum.
non ad sollempnizandum. Hec enim bene concordat
huic officio. uenite ex. nec Dne la
bia. m. a. s; potius repugnare uidetur.
Hec enim bene conueniunt nec in una sede mo
rantur gaudium et luctus leticia et luctus
tristicia. Officium autem mortuorum a
uesperis incipit. Que sic incohantur.

Placebo dno. Quibus finitis. sequitur com
pletorium. post ea uigilie. Quarum tria sunt
genera. In quibusdam enim ecclesiis. ix. leguntur
lecti de iob. in aliis totidem. s; de libro
sapientie. Incipiunt autem sic. Ne des
alienis. honorem tuum. Sunt iterum alie
in quibus. ix. lecti leguntur de quodam ser
mones quem fecit beatus augustinus. de mor
tuis. quem sic finiuit. Beati mortui
qui in dno moriuntur. Quod debet dici &
dicitur aliquibusdam in fine lectionum. loco
tu autem dne. Sicut in aduentu dni et in
natiuitate. et in epyphania lecti de ysaia fi
niuntur per Conuertimini ad me et sal. e.
& lamentaciones ieremie ad tenebras
per Ierlm conuertere ad dnm dm. t. In
aliis uero diebus per tu autem dne. Et ita sunt
iiii. modi finiendi lecti. Admissam
non debet thus offerri. i. non debet altare
thurificari. s; corpus tantum. licet aliter se
habeat usus. Hanc in ueteri lege prohi
bitum fuit. ne pro peccato offerretur oleum

quidam

officii

do